

D.

Virentia prata in quibus Christiani Anno 1593. castra metati sunt, Germani, Vngari, Itali, VVallones, vbi
Duce Mansfeldio Principe, Christiani, contra prophanam & barbaram Turcarum gentem insigni sunt poti-
ti victoria die quarta Augusti, qui sex & decem milibus bene armatis instruti, vi sibi aditum in Strigonium
nitebantur parare, Qui omnes à Christianis cæsi sunt & dissipati.

E.

Siggettum, insula, ex Veteris, seu Rascianorum opidi, opposito, in qua Anno 1594. Christiani muralos
machinas collocarant, quibus Strigonium irrito conatu, veberabant.

F.

Thermæ & calidarum aquarum fontes, ex colle D. Thomæ profuentes.

G.

Sepultura vnius Beggij Militaris turcici præfecti.

H.

A quaticum opidum, quod & nouum dicitur, armata manu per Mansfeldium Principem Anno 1593. die
13. Julij expugnatum, vbi inter reliquam prædam sexenti equi sunt inuenti. Vbi ex firma fuit vnius Beggij do-
mo arcii vicina, Strigonium maximè oppugnatum fuit.

I.

Turcarum Cœmiterium.

K.

Mons S. Thomæ, Quem Turcæ Anno 1594. Martio Mense quando Strigonium contra imminentē ob-
sidionem rebus necessarijs instruxerant, propugnaculo, & æneis tormentis munierunt. Sed Christiani eos in-
de pellentes ex ipsorum fortalicio Arci maximè obsuerunt, adeo, vt in muris & vallis Turcæ ulterius se con-
tinere non possent, & tandem Anno 1595. die 3. Septemb. ad dditionem adacti fuerint.

L.

Militis Vngarici sonipedis habitus, qui, vt & cæteri omnes Vngari, soleis ferratis gradiuntut, extremis
pedum digitis duntaxat, terram calcantes. Homines feroci, & in bello validi, Turcarum armis exercitati,
equestri prælio magis, quam pedestri idonei.

M.

Parkan, propugnaculum, vulgo Rockern à Principe Mansfeldio Anno 1595. Mense Augusto crematum.